



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Cæcilia. V. & M. 22. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

732 VITÆ SANCTORUM. 22. Nov
Tirones exerceret, ægros è lectulo sur-
gere & flagellare frumentum iussit. Et
verò laboris fructum sanitatem tulerunt.
Mitto alia mira, sed non illud; ut sub-
jicere Christo plures animas allaboraret
Columbanus, Angelum illi Tutelarem in
membranâ orbem (magnum virtutis sta-
dium) ostendisse. Quid, ah! quid nos
igitur agimus, quibus non jam unum,
sed geminum stadium, geminum inquam
orbem, Superi explicant? Ex Ionâ.

*Novem corporis nostri solvamus à littore
mundano, secularis patriæ renunciemus cu-
ris, in Crucis arbore tota mentis vela ten-
damus, virtutum funibus, sapientia re-
mis, gubernaculis disciplinæ navigii nostri
muniamus incessum. S. Pet. Chryf. ferm. 8.*

S. CÆCILIA. V. & M.
22. Novembris.

SI quæris, quod intercentibus orga-
nis CÆCILIA carmen dederit, il-
lud respondeo, quòd unæ, quæ Agnum
sequuntur, virgines sciunt modulari. I-
taque quo die homini in manus danda
erat, nuptialem vestem cilicio astrinxit,
quo nobiliorem virginitas non habet
zonam. Noctu sponsum Valerianum
monuit, caveret pudori suo manus infer-
re, cuius longè fortissimum custodem
è cælo Angelum haberet. Hunc coram
intueri cum ille percuperet, suasit impu-
ros

ros à superstitione oculos sanctiori prius
baptismatis undâ elueret. Eluit, & vo-
ti mox compos formosissimum multâ-
que luce vestitum Ephebum vidit : qui
serto nobili utrumque coronavit, &
precantes miro odore perfudit. Et fecit
hic odor post Christum currere etiam
Tiburtium Valeriani germanum, ambo-
que ita in stadio Christiano cucurrerunt,
ut bravium Martyres obtinerent. CÆCI-
LIA è balnearum, quas tyrannus succen-
derat, flammis pulchrior, tribusque in
collo vulneribus velut totidem monili-
bus ornatior, cum triduum supervixif-
set, ædesque suos in templum vertisset.
Martyrum vestigia velut paranympho-
rum insistens, cælum & ipsa petiit, &
Agnò denique nupsit minimè sterilis vir-
go, ut quæ moriens uno partu Christo
cccc. peperit. Ex Metaphr.

*Sunt plurima, quæ Angelis placent, &
eos in nobis invenire delectat; ut est sobrie-
tas, castitas, paupertus voluntaria, crebri
in cælum gemitus, & orationes cum lacri-
mis & cordis intentione. Super omnia uni-
tatem & pacem à nobis exigunt Angeli
pacis. S. Bern. s. 1. de S. Mich.*

S. CLEMENS PAP. M. 23. Novemb.

PRodiit CLEMENS è D. Petri scho-
lâ : virtutis primò magistri, tum in-
fulæ etiam heres inter Pont. Max. ter-
tius